

✠ In nomine domini nostri ihesu christi. Duodecimo anno. imperii domini constantini sanctissimi imperatoris nostri. mense augustus. Septima indictio: Ego mulier nomine Sikelgayta filia quoddam maorini et que fuit uxor petri. et sum havitante in cibitate vaccarizza (1). Quisquis eternam beatitudine a domino desiderat paries illicite. (*sic*) peragere debeat. que deo sunt placita recogitare. quapropter intentam consideratione pensante Modo sanam et leta sum in oc mundo decertantes. ad omnibus utilitatibus meis. et recogitantes me ab amore dei omnipotentis misericordia et pro remedium et salbationem anime mee meorumque parentum volo me offerire in ecclesia beati petri apostoli qui dicitur. burgo (2) que situm est. non longe a cibitate vicari Set dum didicit addoctis hominibus ut mulier sine voluntate domini mundualdi sui. res suas movilibus aut inmovilibus sine voluntate illorum non possit aliquod dare vel iudicare nec alienare cuicumque secundum legem. proinde pro qua ipsa lege mihi admonuit. talia adimplendi vel faciendi. ideo fecit notitia ad benedicto crispo mundualdo meo. ut ad hoc offerendum licentiam dare et legibus consentire et multum eos obsecravi quod ut eum obsecravi taliter ab ipso sum exaudita. Modo namque per eius largietate me offero. in predicta ecclesia. beati. petri. apostoli. hubi nunc deo tuente. domino leto venerabili abbati. regimen tenere bidetur. ibidem in eadem sancta ecclesia et ad sancto altario offero me et omnia causa mea. mobile. et stavile ubicumque vel undecumque mihi est. pertinentes. cum solo et pertinentiis suis. tam casis. quam et vineis. et territorie. et omnia possessio mea. mobile et stavile. Propterea. ego

✠ Nel nome del Signore nostro Gesù Cristo, nel dodicesimo anno di impero del signore Costantino santissimo nostro imperatore, nel mese di agosto, settima indizione. Chiunque desidera l'eterna beatitudine dal Signore cerchi di pensare che deve lecitamente compiere cose che a Dio sono ben accette. Pertanto, io donna di nome **Sikelgayta**, figlia del fu **maorini** e che fui moglie di Pietro, e abitante nella città **vaccarizza**, dopo attenta valutazione ora che sono sana e lieta in questo mondo, decidendo e ripensando per ogni mia utilità, io per misericordia e per amore di Dio onnipotente e per il riscatto e la salvezza dell'anima mia e dei miei genitori, voglio offrire me alla chiesa del beato Pietro apostolo detta **burgo** che è sita non lontano dalla città di **vicari**. Ma poiché è stato detto da uomini dotti che una donna senza la volontà del suo signore mundoaldo le sue cose mobili o immobili senza la volontà di quello non può in alcun modo dare o disporre né vendere a chicchessia secondo legge, pertanto come la stessa legge mi prescrive di adempiere e fare tali cose, dunque diedi avviso a Benedetto Crispo mio mundualdo affinché mi desse licenza e mi consentisse secondo legge di offrire ciò e molto lo supplicai di modo che come lo pregai così sono stata da lui esaudita. Ora per sua benevolenza mi offro alla predetta chiesa del beato Pietro apostolo che ora con l'aiuto di Dio domino Leto venerabile abate risulta reggere, e ivi alla stessa santa chiesa ed al santo altare offero me e tutte le mie cose, mobili e immobili, dovunque e da ogni parte mi siano appartenenti, con il suolo e le loro pertinenze, tanto case quanto vigne e terreni e ogni mio possedimento mobile e immobile. Pertanto io predetta donna **sikelgayta** in presenza del giudice **trisigio** e di altri testimoni, sia laici che sacerdoti

supranominata mulier. sikelgayta ante presentia trisigio iudice et aliis testibus aut laycos. quam et sacerdotibus qui hic subter conscripti sunt. ibique astante supradicto leto venerabili abbate rectores eiusdem sancte ecclesie. hoc quod mihi pro timore. et amore dei. congruum est. offerire in supradicta ecclesia. beati petri. pro meae redemptionis animabus bone etenim mea voluntate per hanc quoque offertionis cartulam offero omnia causa. movile. et stavile. omnia vero causa mea. offero ad proprietatem. eiusdem sancte ecclesiae ibidem semper havendum. sine contradictione mea. vel de meis heredibus. requisitionem. aut cuiuscumque homini contradictione. Set semper rectores. eadem sancte ecclesie. illut abeat. ad suam potestatem. et dominationem. sub tali vero titulum. ut dum viba fuero. resideat in domo mea. sicut et alii offeriti. post meum vero discessum. Totum et integrum. eveniat in potestate. de ipso sacro sancto monasterio. vel de eius rectores. Quod si ego vivente. aut post obitum meum. qualiscumque heredes meos. per aliam rationem. illut de predicta ecclesia. tollere vel contraere quesierit. et ipsos ab omnibus hominibus in supradicta ecclesia. non defensaverit. et in aliquid causationem. seu molestationem. exinde committere presumserimus tunc quinquaginta auri solidos. constantinianos. ego et meos. heredes. in predicta ecclesia componere. obligamus. et ea quos prelegitur perinvitis adimpleamus. per eadem guadia quod tivi superius nominati leto venerabili. abbati dedit. unanimiter cum benedicto crispo mundualdo. atque adbocatore. et mediatore tivi posuimus benedicto archipresbyter. et hanc cartulam offertionis mee. omni tempore firmam. et stabilem. permaneat. Quam te benedictus NOTARIUS. scribere rogavimus qui et interfuit. Actum. in

che sono qui sottoscritti, ivi presente l'anzidetto Leto, venerabile abbate rettore della stessa santa chiesa, poiché é per me giusto per timore e amore di Dio donare alla predetta chiesa del beato Pietro per la salvezza della mia anima, dunque di mia spontanea volontà, mediante questo atto di offerta dono ogni cosa mobile e immobile, invero ogni cosa mia, in possesso della stessa santa chiesa affinché sempre le abbia senza contrasto mio o richiesta dei miei eredi o contrarietà di qualsiasi uomo. Ma sempre i rettori della stessa santa chiesa lo abbiano in loro potestà e possesso, invero con tale condizione che finché sarò viva io risieda nella mia casa, dopo la mia dipartita come le altre cose offerte tutto e per intero venga in potestà del sacro e santo monastero e dei suoi rettori. Poiché se io vivente o dopo il mio trapasso qualsiasi mio erede per altra ragione cercasse di togliere o contrastare quello alla predetta chiesa e lo stesso non difendesse da tutti gli uomini per la predetta chiesa e osasse dunque iniziare qualsivoglia causa o molestia, allora io ed i miei eredi ci obblighiamo a pagare come ammenda cinquanta solidi aurei alla predetta chiesa e le cose che prima si leggono anche contro volontà adempiamo per la stessa guadia che sopra abbiamo dato a te anzidetto Leto venerabile abate d'accordo con Benedetto Crispo mundoaldo e avvocato e garante che per te Benedetto arcipresbitero abbiamo posto e questo mio atto di offerta in ogni tempo rimanga fermo e stabile. Il quale a te notaio Benedetto chiedemmo di scrivere. Redatto nella città di **vaccarizza** felicemente.

✠ Segno della croce di propria mano del giudice **trisigio**.

✠ Segno della mano dell'arcipresbitero Benedetto.

civitate. vaccarizza. feliciter.

✠ signum crucis proprie manus
trisigio iudice.

✠ signum manus benedicti
archipresbyter

Note:

(1) Duo vici *Vaccarizza* aut *Buccarizzo* nuncupati in Citeriori Calabria deprehenduntur, quorum alter prope urbem Montis Alti extat, alter vero ab *Acra* non admodum dissitus, *Beccati* quoque nomen sibi vindicat, et Calabros apud scriptores *Beccarium* audit. Haec autem terra, quam fortasse innuit praesens nostra membrana, per inferiora saecula adeo incolarum numero in dies succrevit, ut priori superius memorata procul dubio amplior ac frequentior evaserit; quemadmodum ex Focis patet, qui variorum temporum, maximeque anni 1395 notam praeseferunt.

(2) De monasterio S. Petri in Burgo, cuius praesens donationis instrumentum mentionem habet, quodque a *Vicari* aut *Bicari* non longe abesse dicitur, heic nobis liceat pauca adnotare. A Leone Ostiensi (*Ch. Cass. lib. 3. C. 19*) memoratur *Monasterium S. Petri De Burgano in finibus Luceriae*, inter donationes Benedictinis factas, *ab anno I. ordinationis ipsius (Richardi) usque ad dedicationem Maioris Ecclesiae*, ab anno scilicet 1062, quo Richardum a Romano Pontifice Alexandro II. Capuani Principis titulo coonestatum accepimus, ad annum usque 1071, quo idem Pontifex Casinensem Ecclesiam dedicavit. Ex hac vero membrana facile eruitur Benedictinos monachos anno 1054 monasterium, de quo loquimur, possedisse.